103

## Notae

Zu c. 100. 1) Haec omnino falsa sunt. Saladinus fuit filius capitanei sive ducis cujusdam Curdorum, cui nomen erat Ejub, et ~~post mortem~~ primum una cum patruo Schirku ~~primum~~ exercitum Noraddini sive Nurredini de Damasco contra Aegyptum duxit. Post mortem patrui regno Aegyptiaco potitus adversus Nurredinum rebellionem meditatus est, cum hoc ipso momento Damasci princeps vita defunctus est (1171 mense Martio cf. Wilken, Geschichte der Kreuzzüge, t. III, p. 2 pag. 85, 142), cujus uxorem Saladinus post tres annos in matrimonium duxit (Wilken l.c. p. 167). 2) ~~De hoc consilio nihil alibi constat~~ cf. Wilken III, 2, 257 et Röhricht, Beiträge zur Gesch. der Kreuzzüge I, 117. [3) i.e. Tiberias. Haec ex continuatore Guilelmi Tyrensis archiepiscopi sumpta sunt cf. Mas Latrie, Chronique d'Ernoul p. 244.] 4) ~~Neque de hoc impedimento quidquam mihi notum est~~. 5) immo die 5. Julii (cf. Röhricht, Beiträge I, 173). 6) i.e. Tubania. 7) ~~De~~ Varias de hac fuga comitis opiniones vide apud Wilken l.c. p. 286. 8) Quae hic de exitu comitis Tripolitani narrantur, fabulosa sunt. Raimundus non Hierusalem, sed Tyrum fugerat, et paulo post Tripoli adveniente Saladino morte repentina decessit. Cf. Ilgen, Markgraf von Montferrat p. 29 et Wilken IV, 221.